

Q. P. P. Q. S.  
THESES,

De

STYLO PHI-  
LOSOPHICO,

Quas,

*Ex suffragio Ampliss. Ordinis Philos. in Rego  
Academia Aboensi,*

Sub PRÆSIDIO

HENRICI HASSEL,


Eloq. Professoris Reg. & Ord.  
Pro GRADU

*ad placidum bonorum examens modeste  
defert*

ANTONIUS MARTIN FIL.  
*Gesæcisius.*

Die XVI. Julii Anni MDCCXLI.

*In Auditorie min. horis post meridiem  
confutatis.*



**S**TYLUS antiquis, non modo instrumentum, quo utebantur in scribendo, significabat; sed etiam *formam, modum & habitum orationis*. cfr. Terentii proleg. ad Andr. Sive per Y sive I scribatur prima syllaba, perinde est; nam exemplis & auctoritate neutra caret scriptio.

*Theſſ. II.*

**I**Dem est scopus scriptionis & styli, qui sermonis, ut nimis alii nos intelligent; Quare erit ita comparatus, ut singulis verbis notio aliqua respondeat, & ut audiens easdem cum illis jungere queat notiones, quas scribentes habuimus.

*Theſſ.*

*Theſ. III,*

**H**Aud incommodo stylus ornatus  
quadrifariam potest dividi:  
In *Poēticum*, *Historicum*, *Oratorium*  
& *philosophicum*. Primus id agit,  
ut delectet, secundus ut doceat, ubi  
facta duntaxat exponit. Tertius, ut  
persuadeat; Quartus ut demonstran-  
do convincat.

*Theſ. IV.*

**P**Hilosophi igitur est, nudam fi-  
stere veritatem; quam obrem Ry-  
lo ad hoc institutum idoneo  
uitetur.

*Theſ. V.*

**Q**UAMVIS omnis styli præcipua sit  
virtus perspicuitas, philoso-  
phus tamen eidem præcipue stu-  
det, & ita quidem, ut neque in ipsis  
cognitionibus, neque in structura  
orationis quidquam obscuritatis insit.

*Theſ. VI.*

**P**Hilosophus quantum fieri potest,  
notiones sibi formas claras  
h. est. tales, quæ rei ab aliis  
discernendæ sufficiunt; ex obscurita-

4  
et quippe notionum error & con-  
fusio oritur.

*Thef. VII.*

**V**Oces sunt duplicitis generis; aliae vulgares in communi vita occurrentes, technicae aliæ, que artibus & scientiis sunt propriæ.

*Thef. VIII.*

**U**Sus loquendi popularis, ut vocibus vulgaribus significaciones interposuit, ita eundem sequitur Philosophus. Si vero fuerit vaga vulgo vocis acceptio, eandem sumam & constanter reddit.

*Thef. IX.*

**T**erminos technicos primis rerum inventoribus jus est cedere. Et hos reliqui philosophi debent recipere, aqvissima & necessaria lege; quod si ubique observatum fuisset, tot frustra apud synonymis non obtrumperet sub quarum copia oppressa praesertim historia naturalis etiamnum germit.

*Thef.*

## Thes. X.

**Q**VI USU COFUNDI INVALUERE TERMEN,  
NI, APPELLANTUR *familiæ*. Tali-  
bus ergo uritut Philosophus, si-  
mul tamen ad notiones quas signi-  
ficant, animum attendit, ne, quod  
sieri solet, notionibus deceptricibus,  
& inanibus ei imponant voces.

## Thes. XI.

**P**Hilosophia etiam suos peculia-  
res certos habet. Differen-  
tiam enim multam rerum in-  
trinsicam, quam non attendit vul-  
gus, philosophus dum rationes earum  
scrutatur, & deprehendit, & diversis  
insignit nominibus, quæ termini  
philosophici appellantur.

## Thes. XII.

**H**I, ut a captu vulgi remotas  
designant res, ita ignoris vi-  
denter barbari, neque tempore  
vi Etymologiæ rebus suis competunt.  
Sed hæc omnia non morantur Philo-  
sophū, qui ex notionibus rerum, non  
vero ex grammatica ratiocinatur, &  
verbis usus valere ac nūmimos novit.

## Thes.

*Theſ. XIII.*

**O**MNES VOCES vagas, improprias,  
& indeterminatas odit & fu-  
git philosopus; nam haec per-  
spicuitati, quam sectatur, officiant  
quam maxime.

*Theſ. XIV.*

**I**D ex adverso omni nisus agit, ut  
terminis propriis, fixis & univo-  
cis sensa mentis exprimat, ne-  
que unica voce plures uno conce-  
pcus exhibeat.

*Theſ. XV.*

**S**INGULA PORRO IN scripto, stylo phi-  
losophico exarato, ita ordinata  
reperies, ut voces in an-  
tecedentibus explicentur, quare  
usus est in sequentibus, vitato omni  
in definiendo circulo; & ut a sim-  
plicibus ad composita, a faciliori-  
bus ad magis difficultia semper fiat  
progressus.

*Theſ. XVI.*

**I**TA procedendo logomachiis o-  
mnes vias occludit philosophus,  
& stylo suo ad scientiarum pro-  
gressum.

gressum & vitam uelia sicut.

*Theſ. XVII.*

**O**MNEM PLEONASTUM & inuti-  
les ambages in ſtylo philoſo-  
phico fruſtra quæſas. In pro-  
poſitionibus enim nil niſi ſubjectum  
prædicatum & utriusque determi-  
naciones, in demonstratione non ni-  
ſi requiſita ad ratiocinii complenda;  
in problemate non niſi quibus la-  
ctis ad ſolutionem ejus pervenia-  
mus, ſimpliciter exponit.

*Theſ. XVIII.*

**H**INC non anxiò, ſed puro & faci-  
li uitetur ſcribendi genere. Al-  
legorias ſcemata, longiores pe-  
riodos uitat; et ex monito Senecæ:  
præcipue quærerit, quid ſcribat, non  
quemadmodum. Ep. 113.

*Theſ. XIX.*

**A**QVE ab inuſitatis ineptis &  
antiqvatis dicendi formulis  
abſtinet; aptam vero oratio-  
nis ſtructuram & vocum cum re-  
bus iſpis æquabilitatem leſtatur.

*Theſ.*

**D**emum soleritiam hominum non possumus non admirari, qui <sup>et</sup> notis omnes cogitationes, <sup>et</sup> notis aut si Vcigelium seqvi lubet <sup>et</sup>, vel si magis placet Leibnitii arithmetica Dyadica, binis, omnes numeros commode exprimere possunt. Ex adverso Sinensium miramur prolixam scribendi rationem, qui loco Alphabeti go. millibus circiter figurarum utuntur, adeoque signis per descendis molestam operam impendere coguntur.

